Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

expandit manus suas ad deum et dixit domine qui me feci
sti vincere tormenta carnificum iube me domine ad tua misericordia
pervenire Collecta Tribue quesumus omnipotens deus ut sancte
virginis et martiris tue agathe sollempnitatem
letem et tante fidei et castitatis proficiamus
exemplo P Nota chorus tenet primas vesperas
de sancta dorothea et suffragatur de agatha Nota
quando festum sancte agathe in feria quarta cinerum evenit
agitur de ea per omnia ita tamen quod Omelia de qua legitur
pro octava et nona lectionibus et in secundis vesperis tamen
suffragatur de ea Nota si festum sancte agathe in domi
nicam septuagesime sexagesime vel quinquage
sime evenit anticipatur in sabbatum immediate
precedens et quando in sabbatum evenit tunc semper ca
ret secundis vesperis et tamen suffragatur de ea post suffrag
apostolorum Dorothee virginis et martiris ad vesperas
super psalmos feriales antiphona
Ave gemma virtuosa dorothea vernans rosa mitte
vite patens nobis gloriosa sis pro nobis speciosa inter
veniente graciosa an Paradisi de viridario rosas
mittis notario quem mortis cum solario celi iungis
sacrario petimus ut avario nos salves a contrario an
Sancta virgo dorothea pectorum de morphea tua prece nos
emunda et conpunctionis unda penitentie nos asperge et a
cunctis periculis nos abstergere an Omni laude digna cor
nostrum pace Christi consigna ne nos draco stigis ledat sed pro
nobis intercedat tua sancta victoria ut mundemur a peccati scoria
an O dorothea Christo grata afflictorum advocata et adiutrix
sis rogata ut defectus et peccata nostra per te sint ablata Cap
Confitebor tibi domine rex R O flos vir
ginitatis dos divinitatis rosa puritatis nos nantes in pelis
Quos labis fluctat ratis ad virgeto beatis V O benigna
pacis cella dorothea flagrans stella pro tuis vernis inter
pella Quos labis Hymnus Festum nunc cele
bre Evangelium an O castitate fallerata humilitate co
ronata paciencia ornata virtutum floribus fulcita temperan
cia polita o preciosa margarita sancta virgo dorothea cor
in nobis mundum crea Collecta Omnipotens sempiterne
deus in cuius nomine gloriosa virgo et martir
dorothea multorum tormentorum gratia superavit